

omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio. Refecti cibo potque caelesti Deus noster, te suppli-

De eodem Communi alia Missa.

Introitus.

Ustus ut palma florébit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini, in atrii domus Dei nostri. *Ps. 118.* Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo Altissime. *V. Glória Patri.*—Justus ut palma.

Oratio. Adésto Domine supplicationibus nostris, quas in beati N. Confessoris tui solemnitate deserimus: ut qui nostrae justitiae fiduciam non habemus, ejus qui tibi placuit, precibus adjuvemur. Per Dominum. *Lectio Epistolae B. Pauli Apóst. ad Corinth. 1. 4.*

Patres: Spectaculum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis caedimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes má-

ces exoramus: ut in cuius haec commemoratióne percépsimus, ejus minámur et precibus. Per Dominum nostrum.

nibus nostris: maledicimur: persecutióne patimur, et sustinémus: blasphemámur, et obsecramus: tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omniú peripséma usque adhuc. Non ut confundam vos, haec scribo, sed ut filios meos carissimos moneo: in Christo Jesu Domino nostro.

Graduale. *Ps. 36.* Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur iudicium. *V. Lex Dei ejus in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus ejus.*—Alleluia, alle. *V. Ps. 111.* Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. Alleluia.

Post Septuages., ommissis *Alleluia*, et *V. seq.*, dicitur *Tractus Beatus vir*, p. [29]. Temp. Paschali omittitur *Graduale*, et ejus loco dic.:

Alle. alle. *V. Ps. 111.* Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. Alle. *V. Os. 14.* Justus germinabit sicut lilium: et florébit in aeternum ante Dominum. Alleluia.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 12. d.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quae possidétis, et date elemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis: quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

Offertorium. *Psaln. 20.* In virtute tua Domine letabitur justus, et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animae ejus tribuisti ei.

Secreta. Praesta nobis quesumus omnipotens Deus: ut nostrae humilitatis oblatio, et pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, et nos corpore pariter et mente purificet. Per Dominum. **Communio.** *Matth. 19.* Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me, centuplum accipietis, et vitam aeternam possidébitis.

Postcommunio. Quaesumus omnipotens Deus: ut qui caelestia alimenta percépsimus, intercedente beato N. Confes-

sore tuo, per haec contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

* Item alia Epistola, et Evang. pro Conf. non Pont.

Lect. Epistolae B. Pauli Apóstoli ad Philipp. 3.

Patres: Quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detriménta. Verúntamen existimo omnia detriméntum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detriméntum feci, et arbitror ut stercora, ut Christum crucifaciam, et invéniar in illo non habens meam justitiam, quae ex lege est, sed illam, quae ex fide est Christi Jesu: quae ex Deo est justitia in fide ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius: configuratus morti ejus: si quo modo occurram ad resurrectionem, quae est ex mortuis: non quod jam accéperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 19. b. **I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabólam hanc: Homo

quidam nóbilis ábiit in
regiónem longinquam
accipere sibi regnum, et
revertí. Vocátis autem
decem servis suis, dedit
eis decem mnas, et ait
ad illos : Negotiámini
dum vénio. Cives autem
ejus óderant eum : et
misérunt legationem
post illum, dicéntes :
Nólumus hunc regnare
supernos. Et factum est,
ut rediret accepto regno:
et jussit vocári servos,
quibus dedit pecúniám,
ut sciret quantum quis-
que negotiátus esset.
Venit autem primus, di-
cens : Dómine, mna tua
decem mnas acquisívit.
Et ait illi : Euge bone
serve, quia in mó dico
fuisti fidélis, eris potestá-
tem habens super decem
civitates. Et alter venit,
dicens: Dómine, mna tua
fecit quinque mnas. Et
huic ait : Et tu esto super

De eodem Comm.



S justí medítá-
bitur sapién-
tiam, et lingua
ejus loquétur
judícium : lex Dei ejus
in corde ipsius, *Ps. ibid.*
Noli emulári in mali-
gnántibus : neque zelá-
veris faciéntes iniquitá-
tem. *V. Glória Patri.*

Oratio. Intercéssio nos
quæsumus Dómine beá-

quinque civitates. Et
alter venit, dicens : Dó-
mine, ecce mna tua, quam
habui repositam in sudá-
rio : timui enim te, quia
homo austerus es : tollis
quod non posuisti, et
metis quod non seminá-
sti. Dicit ei : De ore tuo
te júdico, serve nequam.
Sciébas quod ego homo
austerus sum, tollens
quod non pósui, et me-
tens quod non seminávi :
et quare non dedísti pec-
cúniám meam ad men-
sam, ut ego véniens cum
usúris útique exegissem
illam? Et adstantibus
dixit : Auferte ab illo
mnam, et date illi qui
decem mnas habet. Et
dixerunt ei : Dómine,
habet decem mnas. Dico
autem vobis, quia omni
habénti dábatur, et abun-
dábít : ab eo autem qui
non habet, et quod habet
auferétur ab eo.

Missa pro Abbat.

ti N. Abbátis comén-
det : ut quod nostris mé-
ritis non valémus, ejus
patrocínio assequámur.
Per Dóminum.
Lectio libri Sapientie.

Ecl. 45.

Dulcétus Deo et ho-
minibus, cuius me-
mória in benedictióne
est. Similé illum fecit in
glória sanctórum, et ma-
gnificávit eum in timóre

inimicórum, et in verbis
suis monstra placávit.
Glorificávit illum in conspé-
ctu regú, et jussit illi
corá pópulo suo, et ostén-
dit illi glória suam. In fi-
de et lenitáte ipsius san-
ctum fecit illum. et elégit
eum ex omni carne. Au-
divit enim eum, et vocé
ipsius, et indúxit illum
in nubem. Et dedit illi
coram præcepta, et le-
gem vitæ et disciplinæ.
Graduale. *Ps. 20.* Dñe,
prævenisti eum in benedi-
ctiónibus dulcédinis :
posuisti in cápite ejus
corónam de lápide pre-
tiosó. *V. Vitam pétit a
te, et tribuisti ei longitú-
dinem ceterum in sæcu-
lum sæculi.—Alle. allel.*
V. Ps. 97. Justus ut pal-
ma florébit : sicut cedrus
Libani multiplicábitur.

Post Septuages., omissis
Alleluia, et *V. seq.*, dicitur
Tractus *Beatus vir*, p. [29].
Temp. Paschali omittitur
Graduale, et ejus loco dic-
:

Allel., allel. *V. Ps. 97.*
Justus ut palma floré-
bit : sicut cedrus Liba-
ni multiplicábitur. Alle-
luia. *V. Os. 14.* Justus
germinábit sicut lílium :
et florébit in ætérnum
ante Dñum. Alleluia.

Seq. sancti Evangelii se-
cúndum Matthæum. *10.*
In illo tẽpore : Di-
xit Petrus ad Je-
sum : Ecce nos reliqui-

mus ómnia, et secúti
sumus te : quid ergo
erit nobis? Jesus autem
dixit illis : Amen dico
vobis, quod vos qui se-
cúti estis me, in regene-
ratióne cum scéderit Fi-
lius hóminis in sede ma-
jestáti suæ, sedébitis et
vos super sedes duóde-
cim, judicántes duóde-
cim tribus Israel. Et
omnis, qui reliquerit do-
mum, vel fratres, aut so-
róres, aut patrem, aut
matrem, aut uxórem, aut
filios, aut agros propter
nomen meum, centupli
accipiet, et vitam ætér-
nam possidebit.

Offertorium. *Ps. 20.* De-
sidérium animæ ejus tri-
busti ei Dñe, et volun-
tate labiórum ejus non
fraudásti eum : posuisti
in cápite ejus coronam
de lápide pretiosó.

Secreta. Sacris altáribus
Dómine hostias super-
pósitas sanctus N. Ab-
bas, quæsumus, in salú-
tem nobis provenire de-
póscat. Per Dóminum.
Communio. *Luc. 12.* Fi-
délis servus et prudens,
quem constituit dóminus
super familiam suam : ut
det illis in tẽpore tri-
tici mensuram.

Postcomm. Próterat nos
Diẽ cum tui perceptiõne
sacramenti beatus N.
Abbas, pro nobis inter-
cedéndo : ut et conversa-

tiónis ejus experiámur | nis percipiámus suffrá-
insignia, et intercessió- | gia. Per Dóminum.

Commune Virginum. Pro Virgine et Martyre.

Introitus. *Psalm. 118.*

Quēbar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundēbar : et meditābar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis. *Ps.* Beáti immaculáti in via : qui ámbulant in lege Dñi. *V. Glória Patri.*

Oratio. Deus, qui inter cetera potētiæ tuæ miracula, etiám in sexu fragili victóriam martyri contulisti : concède propitiús, ut qui beátæ N. Virginis et Mátyris tuæ natalitia cólimus, per ejus ad te exémpa gradiámur. Per Dñum.

Lectio libri Sapientia.

Ecclesi. 51.

Confitebor tibi, Dómine rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. Confitebor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditione, a láqueo lingue iniquæ, et a lábiis operántium mendácium : et in conspéctu adstantium factus es mihi adjútor. Et liberásti me secun-

dum multítudinem miserécordiæ nimis tui a rugiéntibus, præparáti ad escam, de máribus quærentium ánimam meam, et de portis tribulatiónum quæ circumdedit me : a pressúra flammæ, quæ circumdedit me, et in medio ignis non sum aestuáta : de altítudine ventris inferi, et a lingua coínquináta, et a verbo mendáci, a rege iniquo, et a lingua injústa : laudábit usque ad mortem ánima mea Dñum, quóniã eruis sustinētes te, et libera eos de máribus gentiú, Dómine Deus noster.

Graduale. *Ps. 44.* Diléxisti justitiam, et odisti iniquitatem. *V.* Propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ. — Alleluia, alleluia. *V. Ibid.* Adducētur Regi virgines post eam : proximæ ejus afferent tibi in lætitia. Alleluia.

Post Septuages., ommissis *Alleluia*, et *V. seq.*, dicitur : **Tract.** Veni sponsa Christi, accipe coronã, quam tibi Dñus præparávit in æternũ : pro cuius amore

sanguinem tuum fudisti. *V. Ps. 44.* Diléxisti justitiam, et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ præ consortibus tuis. *V.* Spécie tua et pulchritudine tua intēde, prospere procéde, et regna.

Tempore Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dic :

Allel., allel. *V. Ps. 44.* Adducētur Regi virgines post eam : proximæ ejus afferentur tibi in lætitia. Allel. *V.* Spécie tua et pulchritudine tua intēde, prospere procéde, et regna. Alleluia.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 25.

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cælorum decem virginibus : quæ accipientes lámpades suas, exierunt obviam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudentes : sed quinque fátuæ, accéptis lámpadibus, non sumpsérunt óleum secum : prudentes vero accepérunt óleum in vasibus suis cum lámpadibus. Moram autem faciēte sponso, dormitavérunt omnes et dormierunt. Média autem nocte clamor factus est : Ecce sponso venit, exite obviam ei. Tunc surrexérunt omnes virgines illæ, et ornávérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapientibus dixerunt : Date nobis de óleo vestro : quia lámpades nostræ exstinguuntur. Respondérunt prudentes, dicētes : Ne forte non sufficiat vobis et vobis, ite pótius ad vendētes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponso : et quæ paratæ erant, intravérunt cum eo ad nuptias, et clausa est jánuua. Novissime vero véniunt et reliquæ virgines, dicētes : Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respondens, ait : Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. **Offert.** *Ps. 44.* Afferentur Regi virgines post eam : proximæ ejus afferentur tibi in lætitia, et exultatiōne : adducētur in templum Regi Dómino. **Secreta.** Súscipe, Dómine, mónera, quæ in beátæ N. Virginis et Mátyris tuæ solemnitate deférimus : cuius nos confidimus patrocinio liberári. Per Dóminum.

Communio. *Ps. 118.* Confundántur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me : ego autem in in mandátis tuis exercébui, in tuis justificatióibus, ut non confundar.

Postcommunio. Auxiliéntur nobis Dñe sumpta mysteria : et intercedente beata N. Virgine

Item pro Virg. et

Introuitus. *Ps. 118.*

Exspectauerunt peccatores, ut perderent me : testimonia tua, Domine, intellexi : omnis consummationis vidi finem : latum mandatum tuum nimis. *Ps. ibid.* Beati immaculati in via : qui ambulat in lege Dñi. *V. Glória.* **Oratio.** Indulgentiã nobis quesumus Dñe beata N. Virgo et Martyr impleret : quæ tibi grata semper exstitit et merito castitatis, et tuæ professione virtutis. Per Dñm. **Lectio libri Sapientie.**

Eccli. 51. b.

Domine Deus meus, exaltasti super terram habitatiõnem meam, et pro morte desuente deprecatus sum. Invocavi Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, et in tempore superbõrum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore

et Martyre tua, sempiterna faciãnt protectione gaudere. Per Dominum nostrum.

Mart. alia Missa.

in quo. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, Dñe Deus noster.

Graduale. *Ps. 45.* Adjuvabit eam Deus vultu suo : Deus in medio ejus, non commovabitur. *V. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei : sanctificavit tabernaculũ suum Altissimus.* — Allel., allelúa. *V. Hæc est virgo sapiens, et una de numero prudentum.* Allelúa.

Post Septuag. omissis *Allelúa*, et *V. seq.*, dicitur *Tractus Veni sponsa*, p. [34].

Temp. Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dic. :

Allel., allel. *V. Hæc est virgo sapiens, et una de numero prudentum.* Allel. *V. Sap. 4.* O quam pulchra est casta generatio cum claritate ! Allel. *Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 13.*

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile est regnum cælõrum thesauro abscondito in agro : quem qui invenit homo, abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet, et emit agrum illum. Iterum simile est

regnũ cælõrum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, et vendidit omnia quæ habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum cælõrum sagænæ missa in mare, et ex omni genere pisciũ congreganti. Quam, cum impléta esset, educentes, et secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi :

exibunt Angeli, et separabunt malos de medio justõrum, et mittent eos in caminum ignis : ibi erit fletus, et stridor dentium. Intellexistis hæc omnia ? Dicunt ei : Etiam. Ait illis : Ideo omnis scriba doctus in regno cælõrum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.

Offert. *Ps. 44.* Diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in ætærnũ, et in sæculum sæculi.

Secreta. Hostias tibi Domine beatæ N. Virginis et Martyris tuæ dicatas meritis, benignus assume : et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dñm. **Communio.** *Ps. 118.* Feci iudicium et iustitiam, Domine, non calumniem-

tur mihi superbi : ad omnia mandata tua dirigebam, omnem viam iniquitatis odio habui.

Postcommunio. Divini muneris largitate satiati, quesumus Dñe Deus noster : ut intercedente beata N. Virgine et Martyre tua, in ejus semper participatione vivamus. Per Dominum.

¶ Item aliud Evangelium. *Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 24.*

In illo tempore : Accesserunt ad Jesum Pharisei tentantes eum, et dicentes : Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa ? Qui respondens, ait eis : Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos ? et dixit : Propter hoc dimitte homo patrem et matrem, et adheret uxori suæ, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. * Dicunt illi : Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudiũ, et dimittere ? Ait illis : Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras : ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia qui-

cúmque dimiserit uxórem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mechátur: et qui dimissam duxerit, mechátur. Dicunt ei discipuli ejus: Si ista est causa hominis cum uxóre, non expedit núbere. Qui dixit illis: Non omnes

cápiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunúchi, qui de matris útero sic nati sunt: et sunt eunúchi, qui facti sunt ab hominibus: et sunt eunúchi, qui seipso castraverunt propter regnum caelórum. Qui potest cápere, cápiat.

Commune plurium Virg. et Mart.

Omnia dicuntur ut supra pro una Virg. et Mart., exceptis Orationibus, quae dicuntur ut sequitur: et Epístola, quae dicitur ut infra in Communi Virg. non Mart. *De virginibus*, pag. [40].

Oratio. ○○○○○○

A nobis quæsumus Dñe quæsumus Dñe noster, sanctárum Virginum et Mátyrum tuárum N. et N. palmas incessábilí devotíone venerári: ut quas digna mente non pòssumus celebráre, humilibus saltem frequentémus obséquijs. Per.

Pro Virgine tantum.

Introitus. *Ps. 44.*

Aflexisti justitiam, et odisti iniquitaté: propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ præ consórtibus tuis. *Ps. ibid.* Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. *V.* Glória.

Oratio. Exáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beátæ N. Virginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotíonis erudiámur affectu. Per Dñum. **Léct. Epístolæ** B. Pauli Ap. ad Corinth. *II. 10. 11.* **E**ructávit: Qui gloriáritur, in Dómino gloriétur. Non enim qui

seipsum comméndat, ille probátus est: sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétis módicum quid insipientiæ meæ, sed et supportáte me: æmulor enim vos Dei æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro virginem castam exhibére Christo.

Graduale. *Ps. 44.* Spécie tua et pulchritudine tua inténde, prospere procéde, et regna. *V.* Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: et dedúcet te mirabiliter dextera tua. — Allel., allel.

V. Adducéntur Regi virgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi in lætítia. Allelúia. *Post Septuages.,* omissis *Allelúia*, et *V. seq.*, dicitur: **Tractus.** *Ps. 44.* Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupívit Rex spécie tuam. *V.* Vultum tuum deprecabúntur omnes divites plebis: filiæ regum in honóre tuo. *V.* Adducéntur Regi virgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi. *V.* Afferéntur tibi.

Item pro Virg. tantum alia Missa. **Introitus.** *Ps. 44.* Ultum tuum deprecabúntur omnes divites plebis: adducéntur Regi virgines post eam: próximæ ejus adducéntur tibi in lætítia et exultatióne. *Ps. ib.* Eructávit cor meum verbum bonú: dico ego ópera mea Regi. *V.* Glória.

tur in lætítia, et exultatióne: adducéntur in templum Regis.

Tempore Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dic.: *Allelúia*, ut supra, p. [35]. *Evangelium. Simile erit regnum caelorum*, ut supra, pag. [35].

Offertorium. *Ps. 44.* Filiæ regum in honóre tuo, ádstitit regina a dextris tuis, in vestitu deauráto, circumdata varietáte.

Secreta. Accépta tibi sit, Dómine, sacrátæ plebis oblatiõ, pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepisse cognóscit auxilium. Per Dóminum nostrum.

Communio. *Matth. 25.* Quinque prudéntes virgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obviam Christo Dño.

Postcommunio. Satiásti Dómine familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventióne nos réfove, eujus solémnia celebrámus. Per Dóminum.

Orationes, ut in Missa præced. *Dilexisti*, p. [39] et seq.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinth. I. 7.

Hæc fratres : De virginibus præceptum Domini non habeo : consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quaerere uxorem. Si autem acciperis uxorem, non peccasti. Et si nupsit virgo, non peccavit : tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres : Tempus breve est : reliquum est, ut et qui habent uxores, tamquam non habentes sint : * et qui fiunt, tamquam non fientes : et qui gaudent, tamquam non gaudentes : et qui emunt, tamquam non possidentes : et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur : præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus

est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est. Et mulier innupta, et virgo, cogitat quæ Domini sunt ; ut sit sancta corpore et spiritu : in Christo Jesu Domino nostro.

Graduale. Ps. 44. Concupivit Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. **V.** Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam. — **Alléluia**, allel. **V.** Hæc est virgo sapiens, et una de numero prudentum. **Alléluia**.

Post Septuages., omissis Alléluia, et V. seq., dicitur Tractus. Ps. 44. Quia concupivit Rex speciem tuam. V. Vultum, etc. ut in Missa præced. [39].

Temp. Pasch. Alléluia, pag. [35].

Evangelium. Simile est regnum calorum thesaurorum abscondito, ut supra, p. [36]

Vel Evang. Simile erit regnum calorum decem virginibus, ut supra, p. [35].

Offert. Ps. 44. Afferentur Regi virgines post eam : proximæ ejus afferentur tibi in lætitia et exultatione, adducentur in templum Regi Domino.

Communio. Simile est regnum calorum homini negotiatori, quaerenti bonas margaritas : inventa autem una pretiosa margarita, dedit omnia sua, et comparavit eam.

Pro una Martyre non Virgine.

Introitus. Me expectaverunt, ut supra, pag. [39].

Oratio. Deus, qui inter cetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti : concede propitius ; ut qui beatæ N. Martyris tuae natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum.

Si fuerint plures.

Oratio. Da nobis, quaesumus Domine Deus noster, sanctorum Martyrum tuorum N. et N. palmas incessabili devotione venerari : ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

Epistola. Confitebor tibi, Domine Rex, pag. [34].

Graduale. Ps. 44. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem. **V.** Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ. — **Alléluia**, allel. **V.** Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. **Alléluia**.

Post Septuages., omissis Alléluia, et V. seq., dicitur Tractus. Veni sponsa, p. [32].

Tempore Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :

Allel., allel. V. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere

procede, et regna. **Allel. V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : et deducet te mirabiliter dextera tua. **Allel.**

Evangelium. Simile est regnum calorum thesaurorum abscondito, ut supra, p. [36]

Offert. Ps. 44. Diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in ætèrnum, et in sæculum sæculi, allel. **Alléluia**.

Secreta. Suscipe Domine mænera, quæ in beatæ N. Martyris tuae solennitate deferimus : cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per Dñm.

Si fuerint plures.

Secreta. Intende quaesumus Domine mænera altaribus tuis pro sanctarum Martyrum tuarum N. et N. festivitate proposita : ut sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum.

Communio. Ps. 118. Principes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidavit cor meum : lætabor ego super eloquia tua, quasi qui invenit spolia multa.

Postcomm. Auxilientur nobis Domine sumpta mysteria : et, intercedente beata N. Martyre

tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dñm.

Si fuerint plures.

Postcommunio. Præsta nobis quæsumus Dñm.

Pro nec Virgine nec Martire.

Introitus.

Ps. 118.
 **O**gnóvi Dñe, quia æquitas iudicia tua, et in veritate tua humiliasti me : confige timóre tuo carnes meas, a mandátis tuis timui, *Ps. 118.* Beáti immaculáti in via : qui ambulat in lege Dñm. **V. Glória.** **O**ratío. Exaudi nos Deus salutáris noster : ut sicut de beátæ N. festivitáte gaudémus ; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dñm.

Lectio libri Sapientiae.

Prov. 31. b.

Mulierem fortem quis inveniet? procul, et de últimis finibus prætium ejus. Confidit in ea cor viri sui, et spóliis non indigebit. Reddet ei bonum, et non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Quæsivit lanam et linum, et operáta est consilio mánuum suárum. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, de ditique prædam domé-

ne, intercedéntibus sanctis Martyribus tuis : ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

sticis suis, et cibária ancillis suis. Considerávit agrum, et emit eum : de fructu mánuum suárum plantávit vineam. Accinxit fortitúdine lumbos suos, et roborávit bráchium suum. Gustávit, et vidit quia bona est negotiátio ejus : non extinguétur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fórtia, et digiti ejus apprehenderunt fenum. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas exténdit ad páuperem. Non timébit dñm sui : a frígíribus nivis : omnes enim doméstici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulátam vestem fecit sibi : byssus et púr-pura indumentum ejus. Nóbilis in portis vir ejus, quando séderit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, et vendidit, et cingulum trádidit Chananæo. Fortitúdo et decor indumentum ejus, et ridébit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiæ, et lex cleméntiæ in lingua ejus. Con-

siderávit sémitas domus suæ, et panem otíosa non comédit. Surrexerunt filii ejus, et beatissimam prædicaverunt : vir ejus, et laudávit eam. Multæ filiæ congregáverunt divitias : tu supergressa es univérsas. Fallax grátia, et vana est pulchritúdo : mülíer timens Dñm, ipsa laudábitur. Date ei de fructu mánuú suárum : et laudent eam in portis ópera ejus.

Graduale. Ps. 44. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedixit te Deus in ætérnũ. **V.** Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justitíam : et dedúcet te mirabiliter dextera tua. — Allelúia, allelúia. **V.** Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, prospere procédere, et regna. Allelúia.

Post Septuages., ommissis Allelúia, et V. seq. dicitur Tractus. *Veni sponsa.* p. [34]

Tempore Paschali ut in Missa præcedi, pag. [41].

Evang. *Simile est regnum celorum thesauro.* p. [35].

Offertorium. Ps. 44. Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedixit te Deus in ætérnum, et in sæculum sæculi.

Secreta. *Accepta.* p. [39].

Communio. Ps. 118. Dillexisti justitiam, et odisti

iniquitátem : proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

Postc. *Satiasti.* pag. [39].

¶ Item alia Epist. pro Vidua.

Lect. Epist. B. Pauli Ap. ad Timóth. 1. Tim. 5.

Charissime : Viduas honorá : Viduas viduæ sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepótes habet, discat primum domum suam régere, et mútuam vicem reddere paréntibus : hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem vere vidua est, et desoláta, speret in Deum, et instet obsecratiónibus, et oratiónibus nocte ac die. Nam quæ in deliciis est, vivens mórtua est. Et hoc præcipit ut irreprensibiles sint. Si quis autem suorum, et máxime domesticórum curam non habet, fidem negávit, et est infidéli detérior. Vidua eligatur non minus sexaginta annórum, quæ fuerit unius viri uxor, in óperibus bonis testimoniũ habens, si filios educávit, si hospitio recepít, si sanctórum pedes lavit, si tribulatió-nem patiéntibus subministrávit, si omne opus bonum subsecúta est.



In Annivers. Dedicacionis Ecclesiae.

Introitus. *Gen. 28.*
 Erribilis est locus iste: hic domus Dei est, et porta caeli:

et vocabitur aula Dei. *Ps. 83.* Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit, et deficit anima mea in aeterna Domini. *V. Gloria.* **Oratio.** Deus, qui nobis per singulos annos, hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysteriis representas incolumis: exaudi preces populi tui, et praesta; ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse letetur. Per Dominum.

Lectio libri Apocalypsis B. Joannis Apostoli. *27.* **I**n diebus illis: Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de caelo a Deo, paratam, sicut sponsam ornatum viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus: et abstergent Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: et mors ultra non

erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiit. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia.

Graduale. Locus iste a Deo factus est, inamabile sacramentum, irreprensibile est. *V.* Deus, cui adstat Angelorum chorus, exaudi preces servorum tuorum.—*Alleluia, alleluia.* *V. 137.* Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo. *Alleluia.*

Post Septuages. omissis Alleluia, et V. seq., dicitur **TRACTUS.** *Ps. 124.* Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commovebitur in aeternum, qui habitat in Jerusalem. *V.* Montes in circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc et usque in saeculum.

Temp. Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dic.: *Allel., allel. V. Ps. 137.* Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo. *Alleluia.* *V.* Bene fundata est domus Domini supra firmam petram. *Alleluia.* *Seq. sancti Evangelii secundum Lucam, 19.*

In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce

In Anniversario Dedicat. Ecclesiae. [45]

vir nomine Zachaeus: et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives: quaerebat videre Jesum, quis esset: et non poterat praeturbare, quia statura pusillus erat. Et praecurrens ascendit in arborem sycomorum ut videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, et dixit ad eum: Zachaeus festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachaeus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: et si quid aliquid defraudavi, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum: Quia hodie salus domui tuae facta est: eo quod et ipse filius sit Abraham. Venit enim Filius hominis quaerere, et salvum facere quod perierat. Dicitur *Credo.*

Offertorium. *1. Paral. 29.* Domine Deus, in simplicitate cordis mei laetus obtuli universa: et populum tuum, qui repertus est, vidi cum ingenti gaudio: Deus Israel,

custodi hanc voluntate, alleluia.

¶ Extra Ecclesiam ipsam dedicatum omittitur tota parentesis.

Secreta. Annue quaesumus Domine precibus nostris: (ut quicumque intra templi hujus, cujus anniversarium dedicationis diem celebramus, ambitum continemur, plena tibi atque perfecta corporis et animae devotione placeamus:) ut dum haec vota praesentia reddimus, ad aeterna praemia, te adjuvante, pervenire mereamur. Per Dominum.

Communio. *Matth. 21.* Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: et qui quaerit, invenit: et pulsanti aperietur.

Postcommunio. Deus, qui de vivis et electis lapidibus aeternum majestatis tuae praeparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti; ut, quod Ecclesiae tuae corporalibus proficit spatium, spiritualibus amplifecetur augmentis. Per Dominum.

Infra Octav. Dedicacionis Eccles. et in die Oct., dicitur Missa ut supra in die anniversario: sed infra Oct. secunda Oratio dic. de B. Maria, iii. Ecclesia, vel pro Papa, ut infra, p. [57] et sqq.

¶ In ipsa die Dedicacionis Ecclesie, Missa dicitur ut supra in anniversario Dedicacionis, exceptis Orat. que dicuntur ut sequitur.

Oratio. Deus, qui invisibiliter omnia continens, et tamen pro salute generis humani signa tuæ potentie visibiliter ostendis: templum hoc potentie tuæ inhabitacionis illustra, et concede; ut omnes, qui huc deprecaturî conveniunt, ex quacumque tribulacione ad te clamaverint, consolacionis tuæ beneficia consequantur. Per Dñm.

Secreta. Deus, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde super hanc oracionis domû benedictionem tuam: ut ab omnibus in ea invocantibus nomen tuum, defensionis tuæ auxilium sentiatur. Per Dñm.

Postcommunio. Quæsumus omnipotens Deus: ut in hoc loco, quem nomini tuo indigni dedicavimus, cunctis petentibus aures tuæ pietatis accommodes. Per Dñm.

¶ In ipsa die Dedicacionis Altaris dicitur Missa ut supra in anniversario Dedicacionis Ecclesie, præter Oraciones, quarum loco dicuntur sequentes.

Oratio. Deus, qui ex omni cooptacione Sanctorum, æternum tibi condidisti habitaculum: da

edificacioni tuæ incrementa cælestia; ut quorum hic reliquias pio amore complectimur, eorum semper meritis adjuvemur. Per Dñm.

Secreta. Descendat, quæsumus Dōmine Deus noster, Spiritus tuus sanctus super hoc altare: qui, et populi tui dona sanctificet, et sumentium corda dignanter emundet. Per Dñm. in unitate ejusdem.

Postcommunio. Omnipotens sempiternus Deus, altare hoc nōmini tuo dedicatum, cælestis virtutis benedictione sanctifica: et omnibus in te sperantibus, auxilii tui munus ostende; ut et hic sacramentorum virtus, et votorum obineatur effectus. Per Dñm.

¶ Sequentes Missæ votivæ, licet pro Sacerdotis devotione quacumque die dici possint per Hebdomadam, quando Festum dupl. non occurrit; hoc tamen passim, nisi rationabili de causa, fieri non debet, sed quando fieri potest, Missa cum Officio conveniat. Cuique autem diei propria Missa potest assignari, ut Feria ij. nisi dicitur pro Defunctis, Missa de SS. Trinitate, Feria iij. de Angelis, Feria iv. de Apostolis, Feria v. de Spiritu sancto, vel de sanctissimo Eucharistie Sacramento, Feria vj. de Cruce, vel de Passione Domini, Sabbato de S. Maria. In ipsis non dicitur *Gloria in excelsis*, nec *Cre-*

do, nisi pro publica Ecclesie causa, et tunc, etiamsi dicantur in paramentis violaceis, dicitur *Credo*, si sit Dominica, non autem *Gloria in excelsis*. In Missa autem B. Mariæ in Sabbato, et in

Missa Angelorum, dicitur tantum *Gloria in excelsis*. Tempore Paschali in fine Introitus dicuntur duo *Allelûia*, et in fine Offertorii et Communions additur *Allelûia*, ubi non habetur.

Missæ de SS. Trinitate.

Omnia ut in Festo SS. Trinitatis præter ea que sequuntur.

Lect. Epistolæ B. Pauli Apóst. ad Corinth. *11. 13.*

Præter: Gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, et Deus pacis, et dilectionis erit vobiscum. Grátia Dñi nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

Post Septuages., omissis *Allelûia*, et *V. seq.* dicitur

Oratio. Te Deum Patrem ingénitum, te Filium unigénitum, te Spiritum sanctum Paráclitum, sanctam et individuum Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. *V.* Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia, tu es Deus solus. *V.* Tibi laus, tibi glória, tibi gratiarum actio, in sæcula sempiterna, o beata Trinitas.

Temp. Paschali omititur Graduale, et ejus loco dic.: *Allel., allel. V. Dan. 3.* Benedictus es Dñe Deus

patrum nostrorum, et laudabilis in sæcula. *Allelûia. V.* Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu. *Allelûia. Seq. sancti Evangelii secundum Joann. 15 et 16.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum venerit Paráclitus, quem ego mitam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque synagógis facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non novērunt Patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis: ut cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis.

Offert. Tob. 12. Benedictus sit Deus Pater, unigenitusque Dei Filius, sanctus quoque Spiritus:

quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Pro gratiarum actione dicitur Missa de SS. Trinitate, vel de Spiritu sancto, vel de B. Maria, additis sequentibus Orationibus sub una conclusione.

Oratio. Deus, cujus misericordia non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: piissimae majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes; ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas. Per Dñm.

Secreta. Odorem Domine sacrificii hujus cum

Missa de Angelis.

Introitum etc. quae hic non habentur require in Dedicacione S. Michaelis, XXIX. Sept.: attamen omitt. Alleluia in Offertorio.

Lectio libri Apocalypsis B. Joannis Apostoli, 5. c.

IN diebus illis: Audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, et animalium, et seniorum: et erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et hono-

gratiarum actionibus suscipe: et praesta; ut quos exaudire, et incolumes servare dignatus es, ab omni in posterum adversitate custodias, et in tuo servitio et amore concresecant. Per Dñm.

Postcommunio. Deus, qui neminem in te sperantem, nimium affligi permittis, sed pium precibus praestas auditum: pro postulacionibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes; ut per haec quae sumpsimus, a cunctis eripi mereamur adversis. Per Dñm nostrum.

rem, et gloriam, et benedictionem. Et omnem creaturam, quae in caelo est, et super terram, et sub terra, et quae sunt in mari, et quae in eo: omnes audivi dicentes: Sedenti in throno, et Agno, benedictio, et honor, et gloria, et potestas in saecula saeculorum. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: et adoraverunt viventem in saecula saeculorum.

Graduale. Ps. 148. Laudate Dominum de caelis: laudate eum in excelsis. V. Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus. Alleluia, alle. V. Ps. 137. In conspectu Angelorum psallam tuum, et confitebor nomini tuo. Alleluia.

Post Septuages. omissis Alleluia, et V. seq., dicitur

Cractus. Ps. 102. Benedicite Dominum omnes Angeli ejus: potentes virtute, qui facitis verbum ejus. V. Benedicite Domino omnes virtutes ejus: ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus. V. Benedicite Dño omnia opera ejus: in omni loco dominacionis ejus, benedic anima mea Dño.

Temp. Paschali onittitur Graduale, et ejus loco dic:

Alle. alle. V. Ps. 137. In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Alleluia. V. Matth. 28. Angelus Domini descendit de caelo, et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum. Alle. Seq. sancti Evangelii secundum Joannem 1. g.

In illo tempore: Vidit Jesus Nathanael venientem ad se, et dicit de

eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Unde me nosti? Respondit Jesus, et dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, et ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. Respondit Jesus, et dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: majus his vidabis. Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis caelum apertum, et Angelos Dei ascendentes, et descendentes supra Filium hominis.

Communio. Angeli, Archangeli, Throni et Dominaciones, Principatus et Potestates, Virtutes caelorum, Cherubim atque Seraphim, Dñm benedicite in aeternum.

Postcommunio. Repleti Domine benedictione caelesti, suppliciter imploramus: ut quod fragili celebramus officio; sanctorum Angelorum atque Archangelorum nobis prodesset sentiamus auxilio. Per Dñm.

Alia Missa votiva de S. Michaelis Archangeli dicitur prout in ejus Dedicacione XXIX. Septembris.



Missa de S.S. Ap. Petro et Paulo.

Introitus. Ps. 138.



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus : nimis confortatus est principatus eorum. Ps. *ibid.* Domine probasti me, et cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.

V. Glória Patri.
Oratio. Deus, cujus dextera beatum Petrum ambulāntem in fluctibus ne mergeretur, erexit, et coapostolum ejus Paulum tertio naufragāntem, de profundo pelagi liberavit : exaudi nos propitius, et concede ; ut amborum méritis, aeternitatis glóriam consequamur. Qui vivis.

Lectio Actuum Apost. 5.
In diebus illis : Per manus Apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audébat se conjungere illis : sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Dño multitudo virorum, ac mulierum, ita ut in plateas egerent infirmos, et ponerent in lectulis ac grabatis, ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret

quemquam illorum, et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrébat autem et multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, afferentes ægros, et vexatos a spiritibus immundis : qui curabantur omnes.

Graduale. Ps. 44. Constitues eos principes super omnem terram : memores erunt nominis tui Dñe. **V.** Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : propterea populi confitebuntur tibi. Allel., allel. **V.** Ps. 138. Nimis honorati sunt amici tui, Deus : nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia.

Post Septuages., ommissis *Alleluia*, et *V.* seq., dic. :
TRACTUS. Ps. 125. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. **V.** Eúntes ibant et flebant, nientes sémina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

Evangelium *Eccé nos reliquimus*, ut in Missa pro Abbatibus, p. 133.

Offertorium. Ps. 18. In omnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terræ verba eorum. **Seréta.** Offerimus tibi Dómine preces et múnera : quæ, ut tuo sint digna conspéctu, Apostolorum tuorum Petri et

Missa votiva de Spiritu sancto. [51]

Pauli précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Prefatio de Apost. p. 250.

Communicio. *Matth. 19.* Vos qui secuti estis me, sedébitis super sedes, judicantes duodecim tribus Israel.

Postcommunio. Prótege Dómine pópulum tuum :

et Apostolorum tuorum Petri et Pauli patrocinio confidētem, perpétua defensione conserva. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Tempore Paschali dicitur Missa. *Proseuti*, p. 104. præter Orationes, Epistolam et Evang., quæ dicuntur ut supra.

Missa de Spiritu sancto.

Omnia dicuntur ut in Dominica Pentecostes, præter pauca, ut seq. Omit. *Alleluia* Introitus et *Hodierna die* tum in Orat. tum in *Prefat.* Legitur *Epist. Cum cecidissent*, Per. III. post Pentec., et pro temp. dic. :

Graduale. Ps. 32. Beata gens, cujus est Dóminus Deus eorum : pópulus, quem elegit Dóminus in hereditatem sibi. **V.** Verbo Dómini cæli firmati sunt : et spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Alleluia, allel. **V.** (*Hic genuflectitur.*) Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidélium : et tui amoris in eis ignem accende. Allel. (Omit. Seq.)

Post Septuages., ommissis *Alleluia*, et *V.* seq., dic. :
TRACTUS. Ps. 103. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur : et renovabis faciém terræ. **V.** O quam bonus et suavis est, Dómine, Spiritus tuus in nobis. **V.** (*Hic genuflectitur.*) Veni sancte Spi-

ritus, reple tuorum corda fidélium : et tui amoris in eis ignem accende.

Tempore Pasch. omittitur *Graduale*, et ejus loco dicitur : *Alleluia*, etc. ut in Festo Pentecostes.

Ad postulandam gratiam Spiritus sancti Missa dicitur ut supra, cum sequentibus Orationibus.

Oratio. Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum : purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfectè diligere, et diigne laudare mereamur. Per Dóminum, in unitate ejusdem.

Seréta. Hæc oblatio, quæsumus Dñe, cordis nostri máculas emundet : ut sancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per Dñm, in unitate ejusdē.
Postcommunio. Concede quæsumus omnipotens Deus : sanctum nos

Spiritus votis promereri sedulis; quatenus in Jesu gratia et ab omnibus liberetur tentationibus,

et peccatorum nostrorum indulgentiam percipere mereamur. Per Dñum. in unitate ejusdem.

Missa de SS. Euchar. Sacramento.

Omnia dicuntur ut in Festo Corporis Christi, omissis *Allel.* in Introitu, Offert. et Comm. Non dicitur Seq., et temporis ratione, Graduale mutatur ut sequitur.

Post Septuages., omissis *Allelúa*, et *V. seq.*, dic.: **Cractus.** *Malach. 1.* Ab ortu solis usque ad occasum, magni est nomen meum in gentibus. *V.* Et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus. *V. Prov. 9.*

Venite, comedite panem meum: et bibite vinum, quod miscui vobis.

Temp. Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dic.:

Allel., *allel. V. Luc. 24.* Cognoverunt discipuli Dominum Jesum in fractione panis. *Allelúa. V. Joann. 6.* Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego. *Allelúa.*

Missa de S. Crucis.

Introitus.



Gal. 6. Os autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: per quem salvati, et liberati sumus. *Ps. 66.* Deus miseretur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et miseretur nostri. *V. Gloria.* **Oratio.** Deus, qui unigeniti Filii tui pretiosum sanguine, vivifica Crucis vexillum sanctificare

voluisti: concede quæsumus; eos qui ejusdem sanctæ Crucis gaudent honore, tua quoque ubique protectione gaudere. Per eundem Dñum. *Lectio Epistolæ ad Philippenses. 2.*

Exratres: Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen: (*Hic genuflectitur*) ut

in nomine Jesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dñus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

Graduale. *Philipp. 2.* Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. *V.* Propter quod et Deus exaltavit illum: et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. *Allelúa, allel. V.* Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere Regem cælorum, et Dñum. *Allelúa.*

Post Septuages., omissis *Allelúa*, et *V. seq. dic.:*

Cractus. Adoramus te Christe, et benedicimus tibi: quia per Crucem tuam redemisti mundum. *V.* Tuam Crucem adoramus Domine, tuam gloriosam recolimus passionem: miserere nostri, qui passus es pro nobis. *V.* O Crux benedicta, quæ sola fuisti digna portare Regem cælorum, et Dominum.

Temp. Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dic.:

Allelúa, allelúa. V. Ps. 95. Dicite in gentibus, quia Dominus regnavit a ligno. *Allelúa. V.* Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens

pondera: quæ sola fuisti digna sustinere Regem cælorum, et Dominum. *Allelúa.*

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 20.

In illo tempore: Assumpsit Jesus duodecim discipulos secreto, et ait illis: Ecce ascendimus Jerosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, et Scribis, et condemnabunt eum morte, et tradent eum gentibus ad illudendum, et flagellandum, et crucifigendum, et tertia die resurget.

Offertorium. Prætege Domine plebem tuam, per signum sanctæ Crucis, ab omnibus insidiis inimicorum omnium: ut tibi gratam exhibeamus servitutem, et acceptabile fiat sacrificium nostrum.

Secreta. Hæc oblatio, Domine quæsumus, ab omnibus nos purget offensis: quæ in ara Crucis etiam totius mundi tulit offensam. Per eundem Dominum.

Prefatio iv. Qui salutem humani generis, p. 247.

Communio. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. **Postcommunio.** Adesto nobis Domine Deus noster: et quos sanctæ Crucis lætari facis hono-

[54] *Missa votiva de Passione Domini.*

re, ejus quoque perpétuis défende subsidiis. Per Dóminum.

¶ Tempore Pasch., loco primæ Orat., dicitur seq.

Oratio. Deus, qui pro nobis Filium tuum Cru-

cis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem : concède nobis famulis tuis ; ut resurrectionis grátiam consequámur. Per eúdem.

Missa de Passione D. N. J. C.

Introitus. *Philipp. 2.*



Umiliávit semetipsum Dóminus Jesus Christus us-

que ad mortem, mortem autem crucis : propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen. *Ps. 88.* Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo : in generatióem et generatióem. *V. Glória Patri.*

Oratio. Dómine Jesu Christe, qui de cælis ad terram de sinu Patris descendisti, et sanguinem tuum pretiósum in remissionem peccatorum nostrórum fudisti : te humiliter deprecámur ; ut in die iudicii, ad dexteram tuam audire mereámur, Venite benedicti. Qui vivis et regnas.

Lect. Zachar. Proph. 12.

Hæc dicit Dóminus : Effúdam super domum David, et super habitátores Jerúsalem, spiritum grátiae, et precum : et adsipient ad

me, quem confixerunt : et plangent eum planctu quasi super unigénitum, et dolébunt super eum, ut doléri solet in morte primogéniti. In die illa magnus erit planctus in Jerúsalem, et dicétur : Quid sunt plagæ istæ in médio mánuum tuárum ? Et dicet : His plagátus sum in domo eórum, qui dilígebant me. Frá-mea suscitáre super pastórem meum, et super virum cohárentem mihi, dicit Dñs exercituum : percute pastórem, et dispergéntur oves, ait Dóminus omnipotens.

Graduale. *Ps. 68.* Impropérium exspeclávit cor meum, et miseriam : et sustinui, qui simul mecum contristarétur, et non fuit ; consolátem me quæssivi, et non invéni. *V. Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me acéto. Allelúia, allelúia. V. Ave Rex noster : Tu solus nostros es miserátus erróres : Patri obé-*

Missa votiva de Passione Domini. [55]

diens, ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisió-nem. Allelúia.

Post Septuages., omissis *Allelúia*, et *V. seq.*, dic. :

Cractus. *Is. 53.* Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit. *V. Et nos putávimus eum quasi leprósum, et percússum a Deo, et humiliátum. V. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scélera nostra. V. Disciplina pacis nostræ super eum : et livóre ejus sanáti sumus.*

Temp. Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dic. :

Allelúia, allel. *V. Ave Rex noster : tu solus nostros es miserátus erróres : Patri obédiens, ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisió-nem. Allel. V. Tibi glória, hosánna : tibi triúmphus et victória : tibi summæ laudis et honóris coróna. Allel. Seq. sancti Evangelii secúndum Joánnem. 19. f.*

In illo tempore : Sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit : Sitio, Vas ergo erat pósitum acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hysópo circumponentes, obtulé-rant ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acéto, dixit : Consummátum est. Et inclináto capite trádidit spiritum. ¶ Judæi ergo, (quóniam Parasécve erat) ut non remanérent in cruce cõpora sábbato, (erat enim magnus dies ille Sábba-ti) rogáverunt Pilátum ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo milites : et primi quidem fregérunt crura, et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut vidé-runt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus militum láncea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimonió-nium perhibuit : et verum est testimonió-nium ejus.

¶ **Offertorium.** Insurrexérunt in me viri iniqui : absque misericórdia quæsiérunt me interficere : et non pepercé-runt in fáciem meam spúere : lanceis suis vulnerá-runt me, et concíssa sunt ómnia ossa mea.

Secreta. Oblátum tibi Dómine sacrificium, intercedente unigéniti Filii tui passió-ne, vivificet nos semper, et múniat. Qui tecum vivit.

Prefatio de Cruce. p. 247.

Communio. *Ps. 21.* Foderunt manus meas, et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea. **Postcommunio.** Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui hora sexta pro redemptione mundi Crucis patibulum ascen-

disti, et sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur; ut post obitum nostrum paradiſi Januas nos gaudentem introire concedas. Qui vivis.

Missa de S. Maria.—Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini. ◊◊◊◊

Omnia ut in Festo Annuntiationis beate Marie Virg. XXV. Martii, præter Introit. et Grad. quæ dic. ut sequitur: **Introitus.** *Is. 45.*



Orate cæli desuper, et nubes pluant justum: aperiatur terra, et germinet Salvatorem. *Ps. 84.* Benedixisti Dñe terram tuam; et avertisi captivitatem Jacob. *V. Glória.* **Graduale.** *Ps. 23.* Tollite portas principes vestras,

et elevamini portæ æternales, et introibit Rex glóriæ. *V. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens* manibus, et mundo corde. Allelúia. *allel. V. Luc. 1.* Ave Maria, grátia plena: Dominius tecum: Benedicta tu in mulieribus. Allelúia.

¶ Prefatio. Et in Veneratione beate Mariae, quæ dicitur et in seq. Missis de S. Maria, etiam temp. Paschali, vel infra quascumque Octavas ejus Missa dicitur.

A Nativit. Dñi usque ad Purificat.

Introit. *Vultum tuum,* ut in Annuntiat. B. Marie Virginis, XXV. Martii.

Oratio, Secr. et Postc. ut in Circuncis. Domini, I. Jan. Epist. *Apparuit,* ii. Missis in Nativit. Domini. p. 21.

Graduale. *Ps. 44.* Speciosus forma præ filiis homini: diffusa est grátia in labiis tuis. *V. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi: lingua*

mea cálamus scribe, velócitèr scribentis. Allelúia, allelúia. *V. Post partum Virgo inviolata permansisti: Dei Génitrix intercede pro nobis.* Allelúia.

Post Septuages., omissis *Allelúia,* et *V. seq.* dicitur *Tractus Gaudé Maria,* ut in Missa sequenti.

Eváng. Pastores, ii. Missis in Nativit. Domini. Offert. et Comm. ut in Missa seq.

A Purificatione usque ad Pascha.

Omnia ut a Pentecoste, infra, s. loco, præter seq. Post Grad. dic. ante Septuages.

Allel., allel. *V. Num. 17.* Virga Jesse floruit; Virgo Deum et hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Allelúia.

Post Septuages., omissis *Allelúia,* et *V. seq.* dicitur **Tractus.** Gaudé Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti. *V. Quæ*

Gabriélis Archángeli dictis credidisti. *V. Dum Virgo Deum et homine genuisti: et post partum Virgo inviolata permansisti. V. Dei Génitrix intercede pro nobis.*

Offertorium. Felix nomen quæ sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima: quia ex te orsus est sol justitiae, Christus Deus noster.

A Pascha usque ad Pentecosten.

Præter pauca seq., dicitur Missa ut a Pentec., servato ritu Paschali, ac loco Grad. dicitur:

Allel., allel. *V. Num. 17.* Virga Jesse floruit: Virgo Deum et homine genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Allelúia. *V. Luc. 1.* Ave Maria, grátia plena,

Dñus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Allel. *Evángel. Stabant iuxta crucem,* ut in Festo VII. Dolorum B. M. V. p. 475.

Offertor. Beatae Virgo Maria, quæ ómnium portásti Creatorem: genuisti qui te fecit, et in ætérnum permanes Virgo, allelúia.

A Pentecoste usque ad Adventum.

Introitus. *Sedulus.*

S Alve sancta parens, enixa puérpera regem qui cælum terramque regit in sæcula sæculórum. *Ps. 44.* Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. *V. Glória Patri.*—Salve sancta. **Oratio.** Concede nos famulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et corpóris sanitate gaudere: et glorió-

sa beate Mariæ semper Virginis intercessióne, a præsenti liberári tristitia, et ætérna pèrrui latitia. Per Dóminum. **Lectio libri Sapientiae.**

Eccli. 24. b.

AB initio et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in

Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificatio, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

Graduale. Benedicta et venerabilis es Virgo Maria, quae sine tactu pudoris, inventa es mater Salvatoris. V. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Allel., allel. V. Post partum Virgo inviolata permansisti: Dei Genitrix intercedere pro nobis. Alleluia.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 11. d.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, et fibera, quae suxisti. At ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud.

Offertorium. Luc. 1. Ave Maria gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

Secreta. Tua Domine propitiatio, et beatae Mariae semper Virginis intercessio, ad perpetuam atque praesentem haec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per Dominum.

Communio. Beata viscera Mariae Virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium.

Postcommunio. Sumptis Domine salutis nostrae subsidiis: da quaesumus beatae Mariae semper Virginis patrocinium nos ubique protegi: in cujus veneratione, haec tuae obtulimus majestati. Per Dominum nostrum.

¶ In Missis votivis beatae Mariae, ij. Oratio dicitur de Officio illius diei, et iij. de Spiritu sancto: sed in Sabbato, quando de ea factum est Officium, ij. Oratio erit de Spiritu sancto, iij. *Ecclésiæ*, vel pro Papa.

De Spiritu sancto.

Oratio. Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Contra persecutores Eccl. **Oratio.** Ecclesiae tuae quaesumus Domine preces placatus admitte: ut destructis adversitatibus, et erroribus universis, securia tibi serviat libertate. Per Dominum nostrum.

Vel pro Papa.

Oratio. Deus omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum N., quem pastorem Ecclesiae tuae praesens voluisti, propi-

tius respice: da ei quaesumus verbo et exemplo, quibus praestet, proficere; ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Dominum nostrum.

De Spiritu sancto.

Secreta. Munera quaesumus Domine oblata sanctifica: et corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda.

Contra persecutores Eccl. **Secreta.** Protege nos Domine tuis mysteriis servientes: ut divinis rebus inhaerentes, et corpore tibi famulemur, et mente. Per Dominum nostrum.

Vel pro Papa,

Secreta. Oblatis quaesumus Domine placare muneribus: et famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiae tuae praesens voluisti, assidua protectione gubernare. Per Dominum nostrum.

De Spiritu sancto. **Postcommunio.** Sancti Spiritus Domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima asperione fecunda.

Contra persecutores Eccl. **Postcommunio.** Quaesumus Domine Deus noster: ut quos divina tribus participatione gaudere, humanis non sinas subjacere periculis. Per Dñm.

Vel pro Papa.

Postcommunio. Haec nos quaesumus Domine divini sacramenti perceptio protegat: et famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiae tuae praesens voluisti: una cum commisso sibi grege salvet semper, et muniat. Per Dominum nostrum.

¶ Aliae Missae votivae pro diversis rebus, quae dici possunt quacumque die, nisi fuerit Dominica, vel Officium duplex: sed tamen passim non dicantur, nisi urgente de causa, ut supra dictum est de aliis Missis votivis.

Missa pro eligendo Summo Pontifice, Sede vacante, dicitur de Spiritu sancto, vel ut sequitur.

Introitus. 1. Reg. 2. **U**scitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum et animam meam faciet: et aedificabo ei domum fidelem: et ambulabit

coram Christo meo cunctis diebus. Ps. 131. Memento Domine David: et omnis mansuetudinis eius. V. Gloria Patri. **Oratio.** Supplici Domine humilitate deposcimus: ut sacrosanctae Romanae